

Deus præbet illis poenitentia habitum: gratia etiam patet in doctrina, indulgentie culpa præmissa misericordia: illosque atpero vestitu induit, ubi ab horto voluptatis expellit: quoniam si cultu serpentis cogebantur exire, habitu poenitentia poterant regredi. Hinc Chald. *Fecit vestimenta honoris.* Vernaculè: *Vestidos de gala:* igitur lapsorum gloria poenitentia in celesti regis aula; quippe per criminis poenitudinem, possident modò, quem amiserunt honorem.

12 Duo status sunt in Ecclesia iustorum, peccata scilicet ignorantium & poenitentium. Vide Ambrosium lib. 7. in Luc. cap. 11. Describuntur in coma Samsonis, à qua decor totius validissima virtutis.

*Animeque pulchrum crine virtutis caput Armatur operosa fide.*

Ut inquit S. Paulinus ad *Cytherium*, v. 537. Manet innocencia, virtusque anima valida, ni attingat ornamentum cogitationum eius ferrum, videlicet culpa. Allophyli, siue alienigenæ vim inferentes, sunt pravi affectus ac concupiscentia vires. Voluptas Dalia est, cuius dolo in exitium dormit ratio, sensu corrupto ex amore, urgente in somnu fragilitate, consensu amissa spiritus fortitudine, cuius defectu lavitur homo in potestatem hostium, ac in daemone ludibrium, qui voluptatem in errorem fingit, ne defectus è somno excitari possit. Samson oculos aperuit, & respicit, defectu virum cognovit, & quantum sua interesset, si vigilasset: etenim vana in blandimen & illecebram fiducia, levi oculorum ac rationis negligentia, gratiam amisit, quam nutrierat ab infantia. Aptius utilitatem provideret; si ante lapsum, quos post lapsum, oculos aperuisset. Plures utique post ruinam delectant sævi cruciatus, quia nec doloribus volunt aperire oculos. Spe decidit Samson? Nullo modo. *Capilli eius renasci cœperant: & apprehendens ambas columnas, plures interfecit moriens, quam ante vivus occiderat.* En historia sub qua trapologia mirifica. *Poenitentia adductus* (inquit Pier. Valerian. lib. 32. cap. 46.) *amissam studet comam reparare, donec pristino recuperato robore, peccato iam moriturus cum universo inimicorum conventu, extinctaque omni cupiditate & vitiorum manu, mundo etiam ipsi moriatur.* Ita exultant & insultant inimici animæ postquam capta est in peccatis; quorum prima sollicitudo illam est lumine privare rationis, ne redeat in mentis frugem, duram peccati cognoscens captivitatem. Sic dolus hostium Samsoni præcepit, quòd ante eos lude-ret. O animæ in peccato misera, tanto gra-

vior, quòd non cognita. Minimè peccator ex tenatus luderet, ni cæcus esset: igitur totus inimicorum implacabilium conatus, nil aliud nisi quòd mors obreperet inter lusus.

13 Uterius in poenitentia artificium procedamus. Samson ab hostibus victus est, sed victoribus prævaluit. Nil mirum: de casu doluit, cor lapsus pupugit, inundans oculos lachrymis, vel sine fulgore lucis. Unde cum Deus cor contritum non despiciat, inò gratiam poenitentibus conferat; ita qui corruit victus, victor prævaluit, ut quas vires ademerat culpa, tandem tandem restitueret poenitentia. *Præstitisti decori meo virtutem,* ut tendamus in criminum compunctionem, inquit David. Virtus est ex poenitentia, decor ex gratia. Si amittitur gratia status, illum restituit poenitentia virtus, qua paulatim in victoriam crescunt crines, uti Deo dicata cogitationes: virtusque iungitur decori gratia, ubi cor criminum affligitur, & affligitur dolore; quoniam per animum scelerum poenitentem, in pristinam peccator restitutus est virtutem. Poenitentia virtus est præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. Hac crescunt in victoriam validæ cogitationes, & decori gratia iungitur decor virtutis, cui consuluit Samson etiam in medio voluptatum hostium: igitur potius elegit illis & cum illis mori, quam posse denudè crines in ludibrium refecari. Vivere Deo poenitentia est institutum: patetque in Samsonis sacrificium cordis Domino acceptum; quandoquidem ut cupiditatibus, quæ vicerunt, dolens moriatur; sibi, ne denudè vincatur, moritur. Regula Pauli. *Ut qui vivunt, iam non sibi vivant.* Vivunt, sed non vivunt secum. Non sic vivere, mors est. Felix in vitalitate mors, qua virtus datur gratia decori, decorque virtuti: equidem Deo per poenitentiam vivus, sibi qui vixerit mortuus.

14 Articulum in vitam ex huiusmodi optabili morte, qua vera salus, graphice quo supr. cap. 9. profert Augustinus. *Constituto* (ait) *in corde iudicio, ad sit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnisq; timor.* Inde quidem sanguis anima contentis per lachrymas pluat (Cur lachryma dicatur animæ sanguis, in pretium captivitatibus, ac miraculum candoris, alibi dicam.) *Postremò ab ipsa mente talis sententia proferatur, ut se indignum homo iudicet.* Tunc sanè dignus vitæ, dum à se ipse adiudicatur morti. Canit vel Profanus in *Hyppolit.* v. 255. *Decreta mors est*

— *Dignam ob hoc vitæ reor, Quod esse te autumas dignam necesse.*

Chald. Poenitentia lapsi gloria.

S. Paulin.

Cur poenitentia emblema Samsonis comæ?

Fallax voluptat.

Iudic. 16. 22 49.

Pier. Val.

Verf. 25.

Restituit poenitentia quicquid subtraxit culpa.

Psal. 29. 8.

Poenitentia vera, sibi mori.

2. Cor. 5. 15

Augustin. Dignus vitæ, qui se arbitratur indigni.

Senec.

Re-

Recresecunt capilli in pristinam virtutem, ubi sui perse fovet criminosus damnationem; probatque consideratione vitam, studens in poenitentiam: quoniam constat virtuti duntaxat vivere, qui decernit sibi mori. *Fugite, & terga vertite*, est phrasis Tautologia. Dividuntur huiusmodi munia artificio poenitentia: equidem dum homo peccatum fugit, Deus, ne iudicet, terga vertit; quoniam si peccato plorat, post tergum projicit cuncta peccata, ne videat. Dicam cum Tertull. ad *Senator.* v. 84.

Cor. 49. 8.

Tertull.

*Corrige delictum fidamine; corrige mentem Sufficit peccare semel, desiste vereri: Non erit in culpa, quem poenitet ante fuisse.*

DIDASCALIA V.

Virginis-Matris encomium præmium laudantium.

DE Horis factum à Mythologis esse ac vivere cum Gratijs, ornarique fulgentissimis coronis, ut observat Vincent. Chartar. de *Deor. imagin.* fol. 354. *Soli tribuuntur* (subdit) *unde Sol Horus, sagittis ornantur, ac cœlum claudere & aperire dicuntur. Ideo duos calathos ferunt, alterum florum plenum, alterum fructuum.* Apposite dicere de Virgine Deipara possum, quod Claudianus in *Naptijs Honor. & Maria,* v. 322. *Affectant alij quicquid, fingique laborant, Hæc donat natura tibi.* Sol Virgo Virginum est: Horæ signant tempus, coronam precarius globulis, ex quibus Rosarium sacrum, Virginis sertum. Verant preces

Horarum forma. Chartar.

Claudian.

Ovid.

— *Per amœna rosaria flores.* Coronæque iunguntur nescio quo numine Gratijs, singulis Horis; ut umbraticè nostris deserviant mysterijs: etenim tot Virgo horis singulari è cœlo demittit gratias, quot grata accipit ab hominibus coronas. Qui supra ibid. fuccinit:

Claudian.

*Amator potuit cœlum signare coronâ. Cur nullis Virgo redimitur pulchrior aëstris?* Magni æstimat, ubi flores inter sidera collocat: equidem quæ Virgini in terris ferta, in cœlo surgent ut astra. Cœlum corona signat in indicem acceptionis, dum audit ab adorantibus laudes, quæ officijs demereri fatagunt, post cursum vitæ ab illa elevari in cœlum: igitur gratia Virginis ibi futuri, ubi prius illorum sunt collocatæ coronæ. Gratiam & gloriam dar studiosis Angelicæ salu-

tationis, ut fulgeant in perpetuas æternitates: equidem per coronam in mundo accipientes gratiam, in cœlo recipient inenarrabilem gloriam. Hinc duplex calathus, & florum & fructuum. Fructuum gloriæ, florum gratia: etenim offerentibus coronam favet Virgo tam in mundo, quam in cœlo. *Flores mei fructus* asserit illa apud Sciradem.

Et quàm ac ceptum Rosaria

Ecclesi. 24. 23

Prov. 8. 20

Præmium, & pretium.

Flores coalescant ex salutatione Angelica, quibus Virginis efformatur corona: fructusque dicuntur specimine florum; quoniam tam ad gratiam, quam ad gloriam, tam in mundo, quam in cœlo, nunquam flores inveniuntur sine fructu. *Genimina laborum & fructus oris* signantur huiusmodi laudes: equidem cum acceptet in remunerationem gratum Virginis pectus; verba dicuntur etiam in labijs genimina fructus: igitur in fructus gloriæ convertuntur gratia Virginis, qui in eius gratiam ex labijs profertur uti flores. *Flores fructus, & etiam honoris & honestatis.* Honestatis in gratiam, honoris in gloriam: videtur perspicuè Rosarij pretium, dum claret honoris signum: clucet salutationis momenta, quia cœlum signat coronâ, comitibus Gratijs, sequentibus Horis: igitur pro honore laudum, encomiasticis ostendit patulum cœlum. Honorantes honorat, plaudentes iuvat: collocata coronâ pro honore in cœlis, quippe nullis Virgo pulchrior redimitur aëstris.

2 *Honoris & honestatis:* sic enim cum fructu flores: equidem flores cum dehonestate vitæ, sine fructu & sine honore. Hinc datur Horis & Gratijs cœlum claudere & aperire; ut constet fructus operum, atque simul flores laudum: equidem si ex floribus honor gloriæ, ac ex honestate vita gratia; clausas cœli inveniat portas, cui desuerit morum honestas: eis quippe non patet cœlum. *Qui Curios simulant, & Bacchanalia vi-*

Quando flores corona fructus?

Iuvenal.

*vitant.* Quid iuvabant globuli crepitantes, devotionem in Virginem ostendentes, scelerum pleno pectore, ac malignissimo corde? Religionis magnificentiam larvam; ubi aptius, — *Cum sistro faciem portare cantant.* Nilque colis, dum cuncta colis, nec corde retractas

Tertull.

*Vera quid à falsis, quid ab umbris lumina distent.*

*Obaudite me divini fructus, & quasi rosa plantata super rivos aquarum fructificat.* Fructificant rosæ (flores salutationis Angelicæ) si consonant vita & verba, laudes Virginis & opera: etenim sine fructu cuncti flores, modò non exaudiantur divina leges, *Rosa nocent moriturus:* ait Artemidorus in

Artemidor.

VVV.

Ro-

**Rosa.** Quæ famos iuvat, moribundos gravant; ni plantentur super aquas, ut floreat flosculorum speciositas: igitur revirescunt in fructus laudes Virginis, super rivus lachrymarum compunctionis. *Rescit lassos, sanat languidos* (in sic Idiota de *Virg. cap. 5.*) illuminat cecos, penetrat duros, recreat fessos, ungit agonistas fama tui sanctissimi nominis, o clarissima *Virgo Maria!* Hoc novum nomen, & vitale, quo beatam dicunt omnes generationes: equidem per hocce nomen, omnes generationes possident felicitatem.

**Cesar.** 3 Ex corde rustici (ait *Cæsius Hom. in Dominio. 9. Pentec.*) natum *Rosarium*, qui quidem rusticus nihil aliud potuit discernere nisi salutationem Angelicam. Huiusmodi insignis miraculum exponitur in exemplum: quippequam rosæ laudum gratiæ Virgini, quando nascuntur ex corde. Vide mirificos effectus apud *Ludovic. Blossium in Seriniol. p. 3. Novarin. de Umbr. Virg. cap. 39. à n. 1338. Biveriumque in Ave Maria. Puerum elevatum ad celos, ut cum Angelis prosequeretur, quam intonaverat salutationem, refert Thomas Cantimpr. lib. 2. Ex ore Monachi literis aureis sparsim Ave Maria decoratum prodixisse liliis; observat Seguinus lib. 3. de Sanctis. Cisterciens. cap. 93. Est, quod magis mireris. Narrat ex *Nidero lib. 4. cap. 6. in Fonic. Iacob Gaffarel. de Curiositat. inaudit. cap. 5. n. 3. Vidi* (ait) *in Mauritania prope urbem Septem lapides, quibus naturaliter hæ voces inscriptæ, Ave Maria: In alijs, Gratia plena: in quibusdam Dominus tecum. Si tacent homines, loquentur lapides. Tota his verbis Virginis plauditur gloria. Ave gratia plena. Vide plenitudinis officia. Invenisti gratiam: pacem inimicis, salutem perditis, indulgentiam reis, misericordiam desperatis: ita Hugo in Cantico. 8. 10. Unde invenit? Ex gratia in celo, & inde traxit; ut quos exclusit à celestibus peccatum, per illam faustè ingrederentur in celum.**

**Idiot.** Nominis Virginis gratiæ.

**Miracula salutationis Angelicæ.**

**Nider.** *Laudes Virginis impressæ in saxis.*

**Hug. Card.** *Invenisti gratiam: pacem inimicis, salutem perditis, indulgentiam reis, misericordiam desperatis: ita Hugo in Cantico. 8. 10. Unde invenit? Ex gratia in celo, & inde traxit; ut quos exclusit à celestibus peccatum, per illam faustè ingrederentur in celum.*

**3. Reg. 6. à v. 31.** *4. In symbolum huiusmodi auxilij, in introitu & ad introitum Sancti Sanctorum fecit Salomon ostiola, posteq; angulorum quinque, & duo ostia, & sculpsit in eis pichuram Cherubim, & palmarum species, & anaglypha: id est, flores miros specie rosarum & liliorum: ait Montanus in Appar. Bibl. Reg. in Ariel. Maluend. Imagines, expressiones cum floribus. Sanctius hic n. 44. Postes angulorum quinque: in bis porrò totidem addidit ostiola. Unde textus facer subdit: Utrumque ostium duplex erat. Plura sanè discutenda, si ex fabrica materiali sur-*

gir cogitatio in adificium cœlestè; minime respondent porta. Ostium duplex est ostiolum in porta, seu dyridion (apud *Nostrates Postigo*) quoad aperiri potest clausis ostijs. Porta vel clauduntur, vel aperiuntur in caelis: si clauduntur, non ostiolum in ingressum: si aperiuntur, ostium patulum. Unde *Ioann. Porta eius non clauduntur*: Quo ergo intuitu duplex ostium, id est, ostium, & ostiolum in Sanctuarium, cœlestis exemplari; si tantum ostium ingredientibus in felicitatem gloriæ? *Virgo Maria, felix cœli porta.* Innuitur in fabrica Salomonis, quicquid in celo agitur interventu Virginis. Aperiuntur cœli portæ, ut ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem: clauduntur peccatoribus fœdissimis derelinquentibus legem. His clausa ianua in ingressum, quam obtulerunt vœtib; iniquitatum; sed adhuc restat ostiolum. Ostium Christus, ostiolum mater, quæ felix cœli porta singulari erga peccatores gratiâ, ductos criminum poenitudine, ut gaudeant tante matris protectione: ingredi conantur, sed iurè repelluntur: quippe offenderunt iudicem, eius confringentes legem: at cum Virgo in frugem ducat, quos iustitia damnat; contriti corde ingrediuntur in celum, quoniam per illam invenerunt ostium: *Legis & gratiæ mediatrix*: dicitur à Germano Archiep. Constantinop. Orat. in eius nativ. Lex & gratia pugnant; sed datur ostium & ostiolum in illarum optabilem concordiam, ut gratia benignè foveat, quod lex à portis amandat. Lex iustitiâ belloque decernit: gratia pace debellatos dirigit. Ita gratia, & ita lex: verum iustitiâ & pax osculatæ sunt, Virgine mediatrice legis & gratiæ: igitur gratiâ inveniunt æternam felicitatem, à qua exclusi prorsus secundum communem legem. Ostium & ostiolum. Peccatores iustitiam divinam fugientes desunt, de iniquitatibus amittis dolent. Ostium clausum videntes intimè plorant: legis & gratiæ mediatricem clamant: & cum eius viscera misericordiâ sint plena; ostiolum pandit in celum, illicò ut lachrymas circumspicit peccatorum. Ostium, & ostiolum: ostiolum ad gratiam, ostium ad gloriam; qua fiunt felices, qui accedunt ad Virginem penitentes; ingredienturque in cœlestia, quos explodabant crimina. Longè profectò abscent, ni lachrymis mediatricem invenissent; & illa aperuisset ostium, ut adirent in Empyrium: signaturque meditante ostiolum in ostio in Filij atque Matris templo; quia ut ille aperiret portas gloriæ, hæc aperuit portas gratiæ. German gloriæ in gratia magnificè in-

Thaum. Honor bono rantium.

3. reg. 11.

Apoc. 1. 25.

Maria fœlix cœli porta.

Illeus T.

Chrysol. Corona gratiarum & ostium in celo novum.

Apoc. 4. 7. 4.

Iris florigera.

Verf. 3.

Haye.

Ioan. Geom.

Quomodo resugium peccatorum?

Cur mystica Rosa?

Idiot.

Ferrar.

Conditio rosæ.

Chinesis.

veniunt, qui dolentes ad illam sicuti ad ostium confugiunt.

5 Inquires causam: lubitò dicam. *Animas glorificantium latificat*: ait *Gregorius Thaumaturg. Sermon. de Annuntiat. Glorificat gloriantes, & instruit, ne sint, qui sunt peccatores: igitur a progenie in progeniem invenerent Domini misericordiam, qui illam dixerint beatam. Ita laudibus effertur in salutatione, quibus flores vernantes Rosarij. Ius quod rependat, quas accipit à fidelibus coronas, conferendo gratias; qua de causa *Serm. 146.* dicitur à *Chryologo, Gratiarum corona*: & ita rutilat ex corona insignis gratia, ut per sacrum florum fertum in templo gloriæ appareat ut novum ostium. Dicit textus: *Utrumque ostium duplex erat.* Id est, ostium in ostio. Non fufficit unum? Sufficit, sed Virginis ostenditur privilegium. Sculpsit ibi *Salomon flores miros specie rosarum & liliorum*: id est, imagines, expressiones cum floribus, divitis in quinque angulos per circuitum, in quos nos etiam dividimus sacrum fertum: ostio quo meditato apponitur aliud ostium; quia necesse addere novum in celo, ubi Rosarij Virginis præferebatur imago.*

6 Exprimit *Ioannes*, dum videt ostium apertum in celo, obiecto miranti lucidissimo throno, quem princeps, senioresque occupabant, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum corona aurea. Ibi profectò summa felicitas; sed unde tanta maiestas? Ex Rosarij Virginis umbra tanta præcedebat gloria. Penderis. *Iris erat* (inquit) *in circuitu sedis*: Haye hic: *Erat throni corona in modum iridis, ostendens Virginis gratiam & misericordiam. Hinc Geomett. Hymn. 2. ut alibi dixi, cecinit: Verisicolor cœlum, iridis instar, Amans virtutum formas florigerasque fœrens.*

Iris triplici colore gaudet, cœlesti scilicet, viridi ac purpureo, quæ lucet Rosarij flosculorum imago: quandoquidem si eius mysteria gaudibunda, dolorosa, & gloria plena; colorum singulorum patent insignia: igitur in viridi fulgurat gaudium ex divini incarnatione Verbi, in purpura dolor acerrimus de passione, & in colore cœlesti gloria magna ex gloria filij. Aliud in idem symbolum protul natura in Chinesis spectabili rosa, ut observat *Navarrete in Delascrip. Tract. 1. cap. 16. n. 3. Initio candidam Rosa Rosarij* (ait *Baptista Ferrarius Grat. 25.*) *deinde ex candida rubentem, postremò saturo colore purpuram: hoc est, simul aliam, simul eandem Chinesis deum admireris quotidiani miraculi novitate.*

Eadem ipsa est mystica rosa *Virgo Maria*, cuius diversa celebrantur à fidelibus mysteria. In throno gloriæ eminet corona Virginis in signum gratiæ, & favoris, quo fideles in cœlestia provehit, & in felicitatem introducit: unde licet cœlum apertum à Christo, visa Virginis coronâ: ostium apertum in celo; quoniam per Virginis sacratissimæ Rosarium, in cœlestem patriam apertum est aliud ostium. Ostium duplex est, dum in laudes Virginis fidelium resonat vox: igitur per huiusmodi ostium coronæ introducuntur in celum, quas in Virginis encomia contruxit devotio cordium. Quid perspicuus in hanc causam, ut addidit obsequio per Virginem impetrent misericordiam? An capitibus sedentium erant coronæ aureæ. Videtur difficile. Quomodo coronarum splenduntium maiestas, si ante thronum adorantes mittebant coronas suas? Ut pateret acceptio Virginis ex rosis floribus laudis, simulque pretium ac momenta devotionis: igitur in fervorem capitibus fulgent vernantes in celo, quæ coronæ terebantur, Virgineque mittebantur e mundo. *Coronam quasi Cyrii. corona attulit*: ait *Cyrius Alexand. lib. 10. in Ioann. cap. 19. Propria dicuntur, quas Virgini dedicant, dum floribus gratiæ laudant, plaudentes charitatum plenitudinem Virginem-Matrem, benedictum ventrem, inter mulieres singularitatem, beata ubera, lacte de celo plena; ianuam cœli, decus poli, palehriudinem empyrij, gloriæ complementum, Trinitatis thesaurum, animatum Dei thronum, cœli cœlum, radicem omnium bonorum, sicque alia eius maiestate digna, eiusque dignitati decora; quibus ut rosis neantur florida ferta: coronamque quasi coronæ asfert, quæ gaudia confert visio in laudantum capite, quæ procedebant ab ore; quippe in celo accipiunt faustè per Virginis gratiam, quam Virgini in terris dedicaverunt coronam.*

7 Mensam panis propositionis Virginem devotio dicit; etenim servavit panem, quæ de cœlo descendit, gratiâ virginis fecunditatis, venter cuius acervus tritici vallatus lilijs. Verè, ut ait *Idiota de Virgin. Idiot. Laudib. cap. 5. Tota verissima cœna, mensa cœlestis, invidiosissimum anima præbens convivium. Sic Bernardus *Serm. 4. super Salvæ Regina. Vide plures apud Marraccium in Marian. Polyanth. Ex Virginis gratiarum speciosa plenitudine, quam alte videtur cogitata fabrica Mensæ. Inaurabis eam auro* (dicitur *Moyfi*) *& facies coronam intrassit.* *Exod. 25. lem, altam quatuor digitis; & super illam alteram coronam aureolam: subter coronam**

German. Legi & gratiæ mediatrix.

Idiot.

Cur mystica Rosa?

Idiot.

Ferrar.

Conditio rosæ.

Chinesis.

Per Rosarij in celo novum ostium.

Verf. 10.

Elogia Virginis.

Cur mensa panum propositionis.

Exod. 25.

VVV 2 erunt

Verf. r. erunt circuli aurei, ut possit mensa portari. Totum opus aureum, quippe sine puritate nihil pretiosum, & ubi interna & externa puritas, ibi operis speciositas. In arcæ forma induitur duntaxat corona aurea: cur igitur corona duplex in mensa? Arca testamenti plena lege signat Mariam uti virginem: mensa panis uti matrem. Utramque elogium in Virginis plantum, sed secundum primi singularis privilegium, quo patet benedictus fructus ventris, ubi in mensa proponitur cœlestis panis: quandoquidem Virginis integerrimæ corona, perfecta in summum virginitate fecunda. In primo laudatur ut gratia plena: in secundo ut possidemus à quo gratia; quippe Dominus in illa. Corona plenè formatur ex huiusmodi gratijs, quasi preciosis ornatisimis rosis; coronamque coronæ habet, dum homo coronam offert; quia reservat, ut coronetur in celo, quisquis coronam Virgini obtulerit in hoc mundo. Pende proprietatem vocis. Alia corona fiat, ut corona coronæ respondeat: equidem in patria micat corona gratiarum, quæ in mundo corona florum. *Super illam, alteram coronam aureolam.* Aureola est primum accidentale in æterna beatitudine (de quo consule DD. Scholasticos & D. Thom. 4. Sentent. dist. 33. q. 3. art. 3. ad 3.) coronamque Matris-Virginis aureola etiam additur laudantis; quoniam gloriam nanciscuntur specialem, qui hinc floribus salutaverint Virginem.

8 Uterius. *Subter coronam erunt circuli aurei, ut possit mensa portari.* Quatuor circuli quatuor signant plagas orbis, ut præmissi Tautolog. 4. D. 4. num. 11. aureolæque iungitur mensa diademati, sacro laudibus Virgini-Matris; quoniam singularem in gloria obtinebunt beatitudinem, qui mysteria huius coronæ lati portarint per orbem. Sub corona esse, idem olim ac esse sub servitute. Unde Festus & Rufinus de *Antiquit. Rom.* lib. 10. cap. 21. aiunt: *Sub corona venire dicuntur, quia captivi coronati solent venire.* Felix proflus servitutis fortuna, dum vel servitus corona: igitur novam in celo altruit obsequio felicitatem, qui proficitur pro Virgine amabilem servitutem. Longe profectò distat vincetus gratijs vel catenis. Sunt sub corona, qui per circulos orbis eius ostendunt mysteria: equidem nulla gloria maior orbis, quam esse servum sub corona Virginis. *Subter coronam erunt circuli.* *Intellige sub corona:* ac Bonferrius hic. Quid plus? Si mundum totum quatuor indicant circuli, sub corona gaudet orbis avitæ felicitate; ut in laudem Deiparæ propensius incubat, atque

Maria corona virginis facienda

In celo micat corona gratiarum, que in mundo corona florum.

Quid est sub corona venire

Fest.

Bonferri.

de obsequij præmio quotidie abundantius gaudeat: quandoquidem totus orbis per Virginis gratiam, videt perspicue super habere coronam. *Super nobis cœlum est, & corona supra & infra, ut consent præmia, & obsequia: igitur super habet coronam in cœlo, qui sub Virginis corona mancipatur in hoc mundo.*

9 Deinde: corona inferior interrasilis erat. *Facies (dicitur) coronam interrasilem.* Id est, reticulatum opus, rombis distinctum. Unde Septuag. *Vertibiles undulas.* Hispanice: *de relieve calado: Q. d. coronam fenestratam.* Habes igitur coronæ formam, & nostræ ex Rosario felicitatis figuram: equidem si corona per coronam donatur, & obsequium erga Virginem præmium meretur; qui coronam in terra offert Virgini-Matri, habet fenestram in coronam gloriæ. Rabbi David apud Villalp. Tom. 2. p. 2. in *Ezechiel. 41. lib. 4. cap. 55. num. 2.* legit: *Coronam interrasilem, quasi scalarum gradus.* Ubi coronæ iungitur corona, simul demonstratur scala. Merito quidem: igitur qui tendit in beatitudinem, habet corona Virginis gradum in coronam superiorem. In scala Iacob gradus apprimè descripti; Deus in summitate, ubi simul porta cœli. Porta cœli? Et iurè: etenim si Virginis sacra corona est fidelibus scala; etiam patet cœli porta: quippe servilis non solam servit in gradum, sed in ingressum. Aliqui constant ascendere; sed criminibus pressi, ignorant, quæ possint ingredi. Sub corona iacent, atque de crimine dolent; quo foveat spem salutis gratiæ ac beneficio Virginis, tuncque verè corona interrasilis: igitur si clauditur crimine cœli porta, est in corona fenestra. *Beatus qui vigilat (inquit) ad fores meas quotidie: quotidianæ coronæ (Virginis laudes) dicuntur ab illa fores, ut inolescat beatitudinis spes.* Ingressimini per portas has: idem enim Matris-Virginis corona, ac cœli ianua. Innuit Christus. *Eccc dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere.* Quodnam ostium? Dicit illicò: *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Claret Virginis rosarium aperire cœlum: equidem idem Virginis habere coronam, ac obtinere apertam in cœlo ianua. Ostium apertum est: ingrediatur hæc qui vult. Coronam signatur, quisquis ingrediatur: perviumque habet coram cœlum ad gloriam, qui ornatur coronâ Virginis, ut ingrediatur in patriam.

10 Summum ex huiusmodi obsequio relucet commodum; sed in testimonio retat aliquid investigandum. *Beatus qui vigi-*

Qui...roi Virginis sub coronis?

Ubi supr.

Septuag.

In gloriam ostium per Rosarium.

Rab. David.

Genes. 28.

Est scala in cœlum.

Proverb. 3. 34.

Apocal. 3. 8 11.

lat

lat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostij mei. Si dixerat Virgo *mas fores* in ingressum gloriæ beatitudinis, æternæque cupitæ felicitatis; quodnam ostium, & peculiare ostium? Quod aperit fidelibus per Rosarium: equidem in cœlum iustis conceditur porta; per Rosarium à Virgine cogitatur alia ianua. Iam ergo iter discipendatur in promissa n. 4. In portis, ut dixi, Salomonici templi varijs anaglyphis erat imago Rosarij: ac in Sancto tantum quatuor angulos constituit, in Oraculo verò quinque studiose formavit, in quorum praeclarissima forma totidem addidit sapientissimus ostiola. *In ingressu Oraculi fecit ostiola, postes que angulorum quinque.* Cur igitur ita variatur a Salomone structura, si in Christi scopum tendit tota templi machina? Pende. Christus est ostium. Ostium in Sancto signat aditum in eius Ecclesiam: ostium in Oraculo, ingressum in gloriam. Anguli, quatuor orbis partes, quas illuminat fides. Anguli quinque, vulnera Salvatoris: Oraculoque quintuplex apponitur ostium; quoniam per vulnera Christi venientes in Ecclesiam in cœlum habent ingressum. Per illum habemus accessum in illam requiem, felicitatis originem, bonorum fontem, vocati è quatuor angulis orbis cruce signati: portaque in Sanctuario signantur consultò quinque; quoniam secuta semita in cœlum per quinque signata vulnerum. Vulnerum ultimum factum usque ad cor in pectore, quasi acceptum ab amore: quare quod recepit excavatum lanceâ latus, amoris dicitur vulnus. Cuilibet ex qualibet plaga orbis ostendebat ingressum per vulnera pedum & plagas manuum. Semper felicitatem plenissimam hominis, ob flagrantem in pectore charitatem: munus portæ concedebatur cuilibet vulneri: ceterum eius non satis amor, quod, cum cuilibet ex quatuor vulneribus esset ostium; aliud ab amore non daretur in ingressum. Singula corporis plagæ plagis orbis respondent; quia vulnerum vulnera, atque plagarum medicina plaga. Iustitia construit huiusmodi portas, per quas hominibus ex plagis obvia felicitas. Complacencia amoris, tendere ultra, ut ignis concepti exardescat vehementia: igitur si quatuor probis ostia signantur tenore iustitiæ; alia porta penitentibus excogitata ab amore. Impossibile est, si quatuor mundi plagæ venire in cœlum aliunde: quantumque Christus hominibus addidit ostium; ut pateat amor illos adducens in cœlum: etenim si per impossibile aliquis aliunde venire posset, etiam ostium in gloriam inveniret. *Quid sunt pla-*

Virginis coronæ in cœli ianua.

3. Reg. 6. 31.

Vulnera Christi ostia gloriæ?

Vulnus lateris cur ostium amoris?

ge iste in medio manuum tuarum? Dicit, Zachar. 13. Quorsum: verum Quid? Quid erunt plagæ? Plagæ, & iste iste: cur autem dicitur Quid? Aliud sanè in plagis istis indicat ministerium, vel videns speciem vulnerum: equidem in alijs plagæ sunt plagæ; sed iste quæ plagæ, sunt cœli portæ, per quas in æternitatem beatitudinis ingrediuntur gregatim ex plagis orbis. Hoc profectò in veteri testamento: quid in novo? Apparens discipulis, ostendit eis manus, & pedes: signa utique aperti cœli; per quæ quasi per ostia ex quatuor orbis plagis poterant ingredi. Est ne aliud? Sanè: quod structum ab amore. Penderis. Thomæ dicit: *Vide manus meas, & offer manum tuam, & mitte in latum meum.* Quorsum ergo Thomæ pectoris etiam plagæ, dum manuum ostensa vulnera? Quia deliquerat, verum incredulitatis penituerat: equidem si iustis ex quatuor orbis plagis habet ostium; ab amore penitentibus aliud patet in ingressum. Elucet conformitas corporis Christi, & Oraculi sanctuarij: equidem si quatuor anguli mundi, & vulnus ostium; videtur aperte in Christi pectore quantum, ut præ amoris cordis flammâ rutilaret ingressus alia porta.

11 Sicine stemmata amoris signata Christi, cœlorum portæ. Idem videmus in Matre, quæ divinum Oraculum, Sancta-Sanctorum, iuxta exemplar quod sibi in monte monstratum, *Oraculum & Sancta-Sanctorum* per sui totam exhibitionem, *Oraculum divinum & cœlestis*: dicit S. Th. Villanov. *Concion. 4. in Assumpt. & Barth. de Pisis lib. 1. de Laud. Virgin. fract. 2. Sancta-Sanctorum que Sanctum-Sanctorum nobis peperit, Sanctos omnes facientem*: inquit Ioann. Damasc. in *Cant. sono 1. Bernard. ferm. 2. sup. Salvæ Regim. & Rupert. lib. 7. in Cantis.* Obijcitur devotioni servitutis specialis gratia Virginis-Matris, in symbolis portarum Sancti & Sanctuarij, ut eius beneficia in toto clarescant orbe: igitur si mundi quatuor plagæ, hominum consulit beneficentiæ, structurâ misericordis, liberalitatis formâ per totam sui exhibitionem in universi proficuum utilitatem: quandoquidem habet, ut illabatur gratiæ ad quatuor mundi plagas, totidem portas. Hoc ut Sanctum, sed quid ut Sancta-Sanctorum? Quinque sunt anguli, quinque portæ: quare quinque? In floribus, ut vidimus, erat expressio Rosarij, quod tanquam floridum fertulum circuibat Oraculi sacrum ostium: & quanvis per quatuor portas faveret orbis; in specie Rosarij signantur quinque; quoniam per Rosarij Virginis sacra mysteria, versus cœlum ape-

Zachar. 13. 6.

Luc. 24. 40

Ioan. 20. 27

Penitenti- b. 1. primum

Tho. Villan.

Ioan. Damasc.

Cur Virgo Sanctum & Sancta-Sanctorum?

ri-

ritur fidelibus alia porta. Vernacule: Los que tuvieren esta devocion, para entrar en el Cielo tienen otra puerta mas.

Arat.

Temp. Iunon. Paufan. Chartar.

Atque corona nitet clarum inter sidera signum. 12 De templo Iunonis mira narrat Paufanias in Attic. cap. 2. In via (infir) qua Athenas ducit Iunonis sine foribus & teo edes est: extat ad hoc Dea signum. At quale? Dea signum (ait Vincent. Chartar. ex ipso, de Imag. Deor. fol. 124.) in folio sedebat: corona erat capiti imposta, ea Gratias & Horas egregie factas habebat. Prænitet utique Rosarij sacri mysterium, dum templum verum patet in servorum patrociniū: equidem si promptus aditus, ubi templum sine foribus; in istiusmodi signi cogitatione, lucent momenta Rosarij, iunctis gratijs & horis, coronā in capite Virginis: equidem ut conferat semper gratias, sine foribus habet portas apertas. Tectum impeditur vel oculos sursum tendere, quippe ultra tegmen non procedunt oculi: & dum porta pervia fulget, ubi corona Virginis, tectum non habet; quia qui ut Virginem ornet; adit Sanctuarium, videt parvulum ostium versus Empyrium. Sine foribus, verum Gratijs & Horis: vel si forent, sertum florum in coronam Virginis esset clavis: equidem qualibet horā occurrit ad ostium gratia. Porta eius non clauduntur: dicitur de Dei celesti civitate. Maria celestis Civitas Dei, de qua dicuntur gloriosa, dum laxantur ora per sacra Rosaria: & in illa etiam describantur (quæ possint claudi, atque duci) portæ, nunquam designantur clausæ, quoniam qui per mysteria rosarum offerunt Virgini obsequium, semper habent in cælum patulum ostium. Porta non clauduntur per diem: nox enim non erit illis. Noctē signatur culpa, luce gratia. Si Virgo iuvenem peccatorum, & nox peccatum; quomodo ibi non tenebræ, ut cæli clauduntur portæ? Aperiuntur ad Virginē, si clausæ; sed in diem ex iniquitatum nocte: igitur ex tenebris auxilium Matris, dolore cordis, per intimam penitentiā, deducuntur peccatores in gratiam iustificantiem. Cuiam devoto cæli porta non pervia, si per illam non clauduntur peccatori? Favet acuminis principalis Taatologia, qua Deipara erga servos emicat gratia. Eugiemus, & terga vertemus. Patent eiusdem phrasīs discrimina, quin fugā a peccatore Virgo-Mater vertat terga. Fugit crimen, sed non criminosum hominem. Si verteret in fuga terga, cæli clauderetur porta: verum cum servulo terga non vertat, tamen peccatum fugiat; ut possit aperire portam ad gratiam & gloriam, ex-

Virgo partem habet foribus, atque templum sine tecto.

Apoc. 21. 25.

Cur civitas Dei clauditur?

Iosue 8. 4.

Per illam conversio peccatorum.

rantem devium reducit per penitentiam. Ergo animæ corde & animo addicta Virgini (ut canit Venant. de Gaudijs æter. vir. lib. 8. vers. 31.)

Pratorum gemmas, ac lilia pollice rumpant: Ista legat violas, carpat & illa rosas.

Venant. Fort.

Dirige Domina vitam meam per vitam tuam in viam pacis, in portam salutis, in ostium æternæ felicitatis, ne terga veritas, imò nec fugias. Quò fugiam, si fugeris? Illos tuos misericordes oculos ad me converte. O facies oculos nata tenere meos! Per te vita, per te gratia, per te gloria. Si modò non dolet, percutit. Gaudebit animus dolore cordis, gestiet cor dolore carnis. Percute ubi tam docta manus, opis est vulnus. Nunquam mors filijs vulnera matris. Quanam in misericordia, si mater etiam in plaga? Ergo iuva,

Nefas putando Disparem vitæ: Age iam meorum Finis amorum.

Horat.

DIDASCALIA VI.

Virginis Verbo plena desideria etiam comitantur gaudia.

Ubi mihi semper traxit sententia mentem, an spes esset felicibus, & alicui in optata solatium vel nocumentum? Quorundam ergo bonorum, sicut & malorum intolerabilis magnitudo & expectatio. Speie enim vincuntur, qui patientiā resistissent: inquit Seneca in Sentent. Epist. 14. Amica sanè spes, Seneca sed perfida: alliciendo ut scorpius pungit à cauda. Mulcet & decipit venenum suave, pillula aurata, sed repleta amaritudine: vaser vitæ, gaudium crudele, voluptas gravis, euleus dulcis, noverca cordis, mors vitalis, ac inter imagines bonorum & malorum summum bonum atque simul summum malum. Dicam ex Martiali lib. 12. Epigr. 47. Difficilis, facilis, iucundus, acerbus est idem. Nec tecum possum vivere, nec sine te. Claret enim utilitas expectationis incommoda, ubi sine illa vivi nequit, nec cum illa: sine illa, quia indeclinabile malum: cum illa verò, quippe gaudium & tormentum.

Martial.

Salutata Virgine, ac expresso consensu novæ conceptionis Verbi; mater gaudet. Uterumque puella

Si:

Sedul.

Maria servat depositum cæli orbis.

Alcim. Avir.

Apoc. 12. 2. Hay.

Quomodo in illa simul gaudium & desiderium?

Iai. 23. 10.

Septuag.

Virginis spes singularis?

Siderum mox implet onus, verumque creator Nascendi sub lege fuit: stupet innuba tenos Virgo sinus gaudetque sui paritura parentis. Ut accinit Sedulius lib. 2. vers. 38. Sic igitur (canente Alcim. Avit. lib. 4. Genesios, vers. 510.)

Navigat interea claustro commissus eunti Fons vite, servatque Orbis depositum: suo quod regmine prodat, Cum pax terrarum reddi sibi debita poseat. Quouque in terra hominibus donentur pignora pacis, in claustro Virginis erit depositum orbis. Quid ergo cum hocine celestis deposito sacra mater & virgo? Crustatur ut pariat. Cruciatu? dolore? Uti que, non carnis, sed mentis. Propter sollicitudinem, quam pro filio nascituro gerat: subdit Haye hic in Exposit. lit. Si cæli gaudium in Virginis claustro, unde sollicitudo pro filio? Sollicitudo exprimit desiderium: minime expectatur habitum: quomodo igitur sollicitat in quo quiescit, desiderans de quo gaudet? Quia spem habebat & simul quod expectabat. Spes communis fovet desiderium: singularis fovet gaudium. Singularis spes Virginis in claustro habentis depositum orbis: etenim antequam proderet in pacis terrarum signum; habuit in filio Maria tam gaudium, quam desiderium.

Clarius ergo procedamus, igitur lucem ministrat Vates Evangelicus. Expecta reexpecta: modicum tibi, modicum tibi: dicit expectantibus Redemptorem in mundi salutem. Allegoricè tribuitur Virgini. Matris, cum illo concessura pacem orbi: equidem viturus post modicum tempus, quem expectabat expectando mundus: de qua phrase, vitæ comite, agemus Tom. 7. Tautolog. 5. Cur ergo, inquires, dicitur Tibi singulariter, si promittitur mundo toti salus mundi? Quia proprium Virginis in mysterio expectationis. Expecta, reexpecta: expecta spem super spem: legant Septuag. Interpretet. Spes super spem spem excludit. Quomodo hoc? Si super, non est spes. Est spes singularis: hinc dicit Super: spes quippe expellit fructum: & cum fructio lactaret in expectatione Virginem; antequam in orbem prodiret lux, habuit spem supra spem: spem: quia in corde exardebat desiderium: supra spem, quippe votum fovebat gaudium. Ex habito bono procedit cordis fructio, qua supra spem: ex futuro spes formatur impellens in bonum cor: & spem supra spem habuit, dum Verbum claustro continuit; quia expectabat videndum, quod habebat, & simul secum habebat, quod expectabat.

Plaudit privilegium Sponsus Venter tuus (ait) sicut acerbus triticus vallatus lilijs. Triticus rosis acerbus Septus, lilia quem tegunt odora. Triticus speciosa grana, & simul in ventre lilia cadentia? Lilia flores, triticum fructus: fructus simul cum floribus? ubi? In Deiparae sacro ventre, Verbi Divini habitaculo, queis pateret plena Verbo: etenim non iure plauderetur benedictus ventris fructus; nitentus & talis simul vallaretur floribus. Fructus matrem, flores præ se ferunt Virginem: triticumque uti panis de celo descendens, circumdatur lilijs; ut Maria benedicta micaret inter mulieres: quandoquidem eius singularis gloria, honor ac maiestas genitricis cum flore Virginitatis.

Cant. 7. 3.

Marian.

Gloria Maria mater tua virginitate.

O quanta verum gaudia Alvus pudica continet!

Prudent.

Inquit Prudent, in Cathem. v. 1650. Gandor liliorum eximius: dicitur à Plinio lib. 17. c. 5. Sic igitur ostenduntur gaudia, & quantam continuit alvus pudica: igitur ampliore matris exhibuit adorandam maiestatem, dum conceptus ministravit Virginitatis candorem. Ergo in institutum, Lilia (ut hic observavi supr. ex Piero, & Tautolog. 3. Didasc. 2. num. 10.) spei describuntur signa: Fructum indicant tritici grana: quo ergo intuitu acerbus fructum, & simul liliorum sertum? Fructus exprimit ex possessione gaudij diu conceptam fructuionem: flores spei anxietatem: perperam coeunt gaudium & desiderium, sicut flores, qui non fructus, sed in fructum. Signanter dicamus. Si Christus ut celestis panis, est fructus benedicti ventris Virginis, & gaudium spem rejicit, ut fructus flores; quo pacto fructus ventris vallatur lilijs? Si fructus, quid expectatur? Si spes, quo fructu potitur? In mundo spes sine gaudio, & gaudium sine imperfectione spei. In Virgine spes singularis, & spes mira ultra spem. Hinc fructus sacri ventris, speique pulcherrimi flores, gaudium & desiderium, panis celestis & liliam; quia in utero habebat Virgo; quem expectabat videre, & quoniam non aspicebat cogebatur expectare.

Et spes supra spem.

Claret modò vox emphatica Davidis in indicem huius mirificæ expectationis. In verbum tuum super speravi. Ita Virgo-Mater in Verbum Divinum, quod lilijs carnis circumdat, sperat & super sperat. Spem semper comitatur timor in corde, quippe optatum potest esse & potest non esse. Super spes connotat desiderium super gaudium; quoniam gaudium sed non plenum; & non dicit speravi, sed super speravi; quia iam in

Ps. 138. 1.

Et etiam super speravi.

ute-

utero habebat, quem ut mater expectabat: verum restabat in plenitudine gaudij, quod illum viderent oculi: additque super spem, priusquam mundo oriatur Sol; quia desiderium non ab absentia boni, sed a tempore.

Psal. 20. 7.

*Latificabis in gaudio cum vultu tuo.* Si vultus apparet, est letitia in gaudio, sine vultu in desiderio. In desiderio est spes hilari mente: super spes in utraque daturque in super sperante Virgine & gaudio & desiderio; quia videt filium in ventre, quin videat vultum. *Spes est simul & portio*, antequam Christus prodeat de Virginis claustro. Portio in fructu boni, spes in sollicitudinem. Portio in complacentiam, spes in curam Portio in quietem, spes in anxietatem. Portio praesentia optata, spes praesentia perpessa. Absentia excitat desiderium, praesentia gaudium: utrumque super spes in animo, quae spes & portio, voluptas, & anxietas, hilaritas & aviditas, gaudium & desiderium; unde votum ultra votum: igitur elucet ibi praesentia miracula, sine oculorum praesentia.

Psal. 147. 6.

*Quid sit*

Quomodo spes felix dicitur?

6 Dolus felix & felicitatis signatur spes concepta a cogitatione hominis. Felix, quia nihil desideratur, quod videatur imperfectum: dolus, quippe nihil perfectum, si positum: unde quod spes summe placet, placenti displicet; quippe possidens invenit in desiderijs nigredinem, quem iudicavit faustis fortis candorem. Nunquam lata describitur, quippe eius bonum amittitur, antequam cor consequatur: bonum nequit esse influens in gaudium, quoniam spes nulla, ubi adest bonum. Unde Virgilius lib. 1. *Aeneid.* v. 88. s. fuccinit.

Virgil.

*Inani munere fungar.* Quo ergo ingenui spes in exultationem ibit? Ibit sane, si spes super spes fuerit. Nota. *Domine* (gratus futuris fidei arcanis exclamat emphaticè Psaltes Regius) *dedisti letitiam in corde meo.* Verum unde? *A fructu frumenti & vini.* Ab Eucharistia Sacramento manat huiusmodi hilaritas, ut observat D. Thom. *Opuscul.* 57. Quid igitur videtur in speciebus frumenti & vini, conferens letitiam cordi? *Visibile invisibiliter sumitur aliena spes occultatum.* Hoc letitia cordis, vel gravamen amantis? Praesentia dilecti amorem conciliat, absentia illum qui plus diligit, plus vexat. Quomodo igitur letitia gliscet in diligenti corde, si non visibilis Christus sub aliena specie? Quippe ambulamus per fidem, rependit summe nostram dilectionem: igitur pro ingenio amoris & in signum charitatis; quod sapit contradictionem vehementer, exponitur illud totum visibile invisibiliter. Non spem tan-

Psal. 4. 7. 8.

rum, sed super spem concedit dilectis diligentiibus, quando sub aliena specie apparet Christus occultus. Si tantum spes, esset tantum desiderium. Super spes cum desiderio etiam indicat gaudium. Ni invisibiliter, videretur: ni visibilis species, optaretur. Invisibilis optatur, & visibilis habetur, at cum ex gaudio habentis, & desiderio expectantis (ex quibus super spes) letitiam accipiat cor; qui praesens, in sacramento fugit speciem oculorum, sub velamine specierum.

D. Thom.

7 Astruit David, *Dedisti letitiam in corde a fructu frumenti & vini.* Quare sic? *Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisi me.* In Sacramento spes, dum Christus praesens, & species panis & vini visibiles: Non inest spes utinque, sed est spes singularis. Singularis spes est super spes, id est, spes quae spem superat, ut cor etiam singulariter gaudeat: spes sola desiderijs tantum pendet, spes verò singularis, quod cupit, habet: spesque singularis, sive super spes dicitur: quia in sacramento Eucharistia expectatur quod habetur. Singulare est, in quo aliquid speciale micat contrarium vel contradictorium, ut desiderium & gaudium, spem fovens & expellens. Fovens, quia expectatio: expellens, quippe possessio: in Sacramentoque spes ostenditur singularis, seu potius super spes; ut singulari letitia etiam afficiatur cor: equidem qui praesens, invisibiliter sumitur, & specie visibili a luminibus absconditur. Ulterius progrediamur. Absentia boni est in spe, quae nutritur desiderio, & spe absentia in gaudio: equidem non praesens gaudium in desiderij praesentia; nec spes, si desunt vota. Spes singularis collocanda in sacramento Eucharistiae, ut singularis letitia federet summentis corde: & cum singulare sit, haberi unum & expectari, adeste & oculos fugere, gaudium esse & desiderium; visibile invisibiliter sumitur aliena specie occultatum: igitur super spes constituta, ab amore cogitata, ut in spe spes fulgeat singularis, Christus speciebus praesens fugit oculos summentis.

Quare in Eucharistia vultus & gaudia?

8 Contemplatur quaestionem Baptista, ut eluceat quam felix expectatio partus in Virgine-Matre. Cum esset in vinculis tyrannide Herodis, ac odio genito a virtute veritatis (quae semper pravus odiosa, maxime in aula, cui placet tantum delicta, ut sola veritatis species sit offendiculum oculis) audiens miracula Christi (qui prodigium multis) duos ad illum misit ex aedibus, ut interrogarent sic: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Quid hoc & sicine, verborum implicatione? Inficiatur quod con-

cedit, negat profectò quod astruit. Si ille est, qui iam venit Sol, quomodo venturus est? Qua lege spectat, quem signat? Quomodo expectatur a Ioanne, si a Ioanne non expectatur? Si ille est, non venit; si venit, iam non est ille. Quorsum igitur inextricabilis vox? Inerat Ioanni singularis spes. Repellere praesentiam boni, est conditio desiderij: gaudij verò conditio est boni optati possessio: ceterum in corde singulare signatur, expectare quod habetur: dicitque meditante Baptista *Tu*, & etiam, *ille qui venturus sit*; ut in spe mira singularitate emineat super spes: igitur in felicitate singulare summum, desiderare simul & habere bonum. Iam quod optabat, habet; sed non videt: igitur cum esset in vinculis, fugit ab oculis: spectque singularis, sive super spes dicitur, cum simul desideratur, quod habetur; quoniam dilecti praesentis habet in corde letitiam, verum non videt praesentiam.

9 Verbum Divinum formam cum accepisset servi, erat in vinculis uteri Virginis-Matris. O Virgo felix! *Cauda quanta sinus hilaris tuus ille vehebat! Quod decus intus erat! Quisve honor inde foras!* Suspirijs, pro redemptione proprii deditur tot retro saeculis generis, filium, quem in sinu Patris impassibilem invenit, ut esset passibilis, in partes terra inferiores amore traxit. *Quis mihi det te fratrem meum?* Suspirabat. *Quis fugentem ubera matris?* O felicitas genitricis brachia! O fecundissima mirabiliter ubera! O bonum summum super omne bonum! *Quis mihi det?* Papae! Quid? Si secum in utero habet, quem habet, cupit? Unde sollicitudo, si totius boni tora possessio? Super sperat: hinc gaudens fruitione desiderat. Ille est, qui venturus est. Illum esse, ostendit gaudium: venturum sane, dicit desiderium: in spe singulari Virgo Mater constituitur: super spesque signatur; quippe sperat de quo gaudet, & quod habet concupiscit. Intus erat decus, foras honor: expectatque matris singularem honorem, quanvis secum haberet genitricis maiestatem. Est illi spes, quae non spes. Est spes, quippe expectat quod desiderat: non spes, quia possidet quod expectat. Ignoratur quomodo spes huiusmodi sit? Super spes designanda, vel mira spes contra spem.

10 In hacce singulari expectatione accidit Virgini, quod sacramento huiusmodi contigit Abraham. *Contra spem in spem credit:* dicit Paulus. Spei ardens flagrabat in pectore desiderium, contra spei concepta finem, & motum. Quid hoc? Spes contra spem erit

concedit, negat profectò quod astruit. Si ille est, qui iam venit Sol, quomodo venturus est? Qua lege spectat, quem signat? Quomodo expectatur a Ioanne, si a Ioanne non expectatur? Si ille est, non venit; si venit, iam non est ille. Quorsum igitur inextricabilis vox? Inerat Ioanni singularis spes. Repellere praesentiam boni, est conditio desiderij: gaudij verò conditio est boni optati possessio: ceterum in corde singulare signatur, expectare quod habetur: dicitque meditante Baptista *Tu*, & etiam, *ille qui venturus sit*; ut in spe mira singularitate emineat super spes: igitur in felicitate singulare summum, desiderare simul & habere bonum. Iam quod optabat, habet; sed non videt: igitur cum esset in vinculis, fugit ab oculis: spectque singularis, sive super spes dicitur, cum simul desideratur, quod habetur; quoniam dilecti praesentis habet in corde letitiam, verum non videt praesentiam.

11 Causam addit ubi supr. D. Thom. *O sacrum convivium, in quo Christus sumitur!* ait: *Mens impletur gratia, & futura gloria nobis pignus datur.* Cur non repletur mens gloriosi corporis gloria, sicut repletur è caelo demissa gratia? Tantum pignus gloriae in sacramento Eucharistiae? Quare non gloria summentis, si Christus in Sacramento Augusto gloriosus sicut in caelo? Ut clareat in Eucharistia felix super spes spes nostra. Felicitas sane videtur ex gloria, quam ex gratia: cur ergo solummodo datur pignus? Ut emineat in Eucharistia dilectionis excessus. In hocce sacramento est gloria, & gratia: spem non excludit concessa gratia, sed gloria; quia in gloria non est spes. In dono gratiae pignus tantum datur gloriae: in gloria non est spes, quia boni fruitio: in gratia gaudium ex bono, & etiam boni expectatio: & in Eucharistia non datur gloria, sed gratia; ut eluceat supra spem spes pignore concepta: igitur spei singularis insignis, gaudij expectatio ex gaudio possessi boni. In Virgine Verbo facta est spes nascituri in orbem dolis; sed est spes singularis. Est spes contra spem, vel supra spem: igitur unitis possessione & desiderio, gaudio & voto expectat.

xxx  
pe.

concedit, negat profectò quod astruit. Si ille est, qui iam venit Sol, quomodo venturus est? Qua lege spectat, quem signat? Quomodo expectatur a Ioanne, si a Ioanne non expectatur? Si ille est, non venit; si venit, iam non est ille. Quorsum igitur inextricabilis vox? Inerat Ioanni singularis spes. Repellere praesentiam boni, est conditio desiderij: gaudij verò conditio est boni optati possessio: ceterum in corde singulare signatur, expectare quod habetur: dicitque meditante Baptista *Tu*, & etiam, *ille qui venturus sit*; ut in spe mira singularitate emineat super spes: igitur in felicitate singulare summum, desiderare simul & habere bonum. Iam quod optabat, habet; sed non videt: igitur cum esset in vinculis, fugit ab oculis: spectque singularis, sive super spes dicitur, cum simul desideratur, quod habetur; quoniam dilecti praesentis habet in corde letitiam, verum non videt praesentiam.

Spei summum avere & bene bonum.

Venanti.

Cant. 8. 2.

Spei Virginiis gaudiosa.

Rom. 4. 18.

Spei? Contra spem sperare est impossibile, uti sine desiderio desiderium. Quomodo igitur desperatum expectatum? Quod philosophia miratur, in super spe singulariter videtur. Est spes extensio appetitus in appetibile: est contra spem, quod concupiscit haberi: & cum Virgo simul habeat, quem nasciturum expectat, sperans id de quo gaudet; contra spem in spem singulariter credit: igitur studet boni celestis praesentiae, verum sine absentia boni. Occurrit in intuitum Cornelij Alapide ingenium. *Spem contra spem*, v. g. *Christi corpus realiter esse* (hic inuit) *in Eucharistia, etiam si visus est sensus aliud nobis dicens.* Sicut corpus Christi in Eucharistia est spes contra spem nota? In Sacramento mirabiliter eline contra desiderium desiderium? Si gaudium contra spem, erit spes simul & gaudium? Uti que. In Eucharistia Christus sumitur, & simul desideratur. Datur Christus, sed fugit sensus. Est contra spem, quippe anima fruitur: est spes, quia non videtur. Est contra spem, quia habet sumens ex praesenti bono fruicionem: est spes, quia cupit videre facie ad faciem. Est contra spem in pectore custodire: est spes, custoditum non videre: venerabileque & augustum sacramentum contra spem spei proponitur symbolum; quoniam fruitur anima bono celesti, quod cupit; & cupit frui quod praesentia possidet.

Spem pro absentia boni.

Alapide.

S. Thom.

Eucharistia gaudium ad gaudium.

Verf. 10.

Quomodo sum per se?

Matth. 11. 3.

pectat, quasi bonum non haberet: & illo quiescit: quasi non expectaret. Dum Verbum filium concepit, invenit gratiam. Ubi prodijt in mundum, mundus vidit eius gloriam. Si tota, in orbem proditura gloria, est in utero Mariæ; quare non dicitur depositum gloriæ, sed solummodo gratiæ? Frui simul & expectare, quia rarum, summum. In gloria non spes, sed gaudium: in gratia simul gaudium & spes: & pro gloria spei super spem Virginis, gratiæ & non gloria confertur mysterium Expectationis; quippe quam frui, & videndam expectare Deitatem, spem constituit singulariter felicem. Dixerunt grati qui viderunt miraculum: *Hic est verè propheta, qui venturus est in mundum.* Sæpe supra modum singularis lætitiæ invertit consona verba. Si venit, futurus sanè: & demonstratur præsens? Implicatorius terminus *Hic est*, & simul *venturus*. Non implicat, sed spem singulariter explicat. Spes tantum connotat futuritionem: superpes addit felicitatem; quoniam faulste possidet aliquomodo quod cupit, simulque sperat quod habet: venturumque indicant, quem præsentem spectant; ut in spe felicitatem constituent: igitur si absentiam boni spei ostendit formalitas; in spe contra spem felicitas, optatum habere secum, & expectare venturum.

Unde felix expectatio Virginis

Ioan. 6. 14.

Ecclesi. 24. 12.

Illi present, qui venturi.

Hesius.

Plaut.

Ioan. 8. 4.

Scriptura. Fuga cum aversione vultus omnimodam ostendit absentiam, cordis amantis æramnam: Christusque in utero matris illam non fugit, sed terga dilectus vertit; ut esset superpes singularis in lætitiæ genitricis: quandoquidem in gaudio abscondebatur vultum, ut cresceret desiderium. *Quis mihi det te* (exclamabat) *fratrem meum, ut inveniam te foris, & osculer te?* Quem habet in claustris, optat invenire foris? Utique: secum habet, sed non videt: & quam habet ex thalamo voluptatem, cordis amantis designat sollicitudinem; quoniam pendet cordis gaudium ex optata felicitate oculorum. Omnis cordis optantis sollicitudo est boni non habiti, sed habendi possessio. Habetur, ut illo pectus gaudibunde fratur: sine fruitione, quod habetur, amittitur: dicitur *Quis mihi det*, quasi quod optat, secum non sit; quoniam uti non habitam concipitur bonum habitum, sine delicijs ex voluptate oculorum.

Ubi supr.

Quam filia gratum matris desiderium!

Gen. 27. 45.

Peccati gra ve anime mori.

Gen. 2. 46. & 43. 14.

Filius à Patre non aspectus, quasi mortuus.

12 Remanet in vinculis obfes Simeon pro fratre minimo Benjamin; ut huius præfentialis Josephi narrationis fratrum comprobaret veritatem, & illo victo, qui liberi renuerent frangere fidem. Dimisit igitur fratres sub huiusmodi conditione, ut in domum pervenire, dixerunt patri. Ille expavit, dixitque: *Ioseph non est super, Simeon tenetur in vinculis, & Benjamin auferetis: in me hæc omnia mala reiderunt. Ego autem quasi orbatus absque liberis ero.* Difficile videtur, equidem quanvis tres filij deficerent, tamen novem remaneret. Ioseph foret et si nesciat. Simeon lautè tractatur, Benjamin honorandus auferretur: quomodo filijs Iacobus dicitur orbus, si cunctos faulste habet vivos & salvos? Quia non videt. Aspectus filiorum profecto parentis gaudium: gaudium inane ultra aspectum, habetur quod habetur, si diligens bono fruitur: verum sine fruitione cum habitum non habetur; dicit habere filios, ac vivere sine filijs; quippe illa occasio flegabat ab oculis. Vultus perspicacior, nobiliorque sensus, imagines vigilantius exprimit animatus penicillus. Sine aspectu phantasia specimina delineat, et si in corde imago sedeat: & quia fas non videre, asserit filios deficere; quoniam nequit intelligere pretiositatem imaginum, ni habeat ad sensum. In filios propendebat amor quasi in vivas imagines, contemplans dotium colores, obtenebratos absentia, qua suspendebatur anima: orbumque se dicit, cum fors læva filios auferet; quippequam si filios non videns habet, quasi filios non haberet. Vide vocum proprietatem, *Quasi orbatus absque liberis ero.* Non se dicit orbatum, sed quasi orbatum. Sine filijs, erat non habere: quasi sine filijs, non aspicere. Re habere, sed non potiri, quippe amantis delicie in videndi facultate: usque abstracto oculorum, filijs se dicit occasione quasi orbatum; igitur quos absentes infelix habet, non videns, quasi amississet.

14 Id comprobat Iacobi mater in eum infidias fratris cognoscens. Decevit Esau eius de medio tollere vitam, propter benedictionem à parente subtractam. Fugere industria genitrix iubet Iacobum, ne sit utriusque filij exterminium. *Fuge* (ait) *donec requiescat furor fratris tui. Cur utroque orbabor filio in uno die?* Quomodo utroque orba, si interfectori remanebat vita? Tropologicè innuit mors peccatoris gravitate criminis, amissa gratiâ, quæ animæ vitæ: si Iacob interficeretur, moriebatur: homicida legem divinam transgrediretur: & cum grave crimen inferat animæ mortem; mater simul filio orbaretur utroque, & causa mortis & ratione peccati. In propositum etiam Didascalie. Esau si interimeret fratrem, propter homicidium fugeret genitricem. Uterque fugiebat oculos matris, ille absens & hic deficiens: unde casu unius orbabatur utroque; quippe utriusque discebat copia videndi. Quorsum ergo filiorum pretiosus valde thesaurus, si in gaudium deficit usus? Sollicita cæli terræque regina, ut ostenderet terræ cæli gaudia; videre anxie percipit, quem uteri claustris continet.

Qualiter illa novum tenuerunt viscera lamæ, Cum sua membra premens plus releuabat onus. *Auxilium de flore gerens, de fruge levamen, Et cæli panem spica novella gerens. Cuius stella erat, & Sol matutinus in alvo Infra arcæ abscondit fulgida Luna iubar. Ibi iterit versus Sol. Cupit videre Filium Patris Filium suum. Quis mihi det?* ait. Si in sacrario purissimo fulget Verbum, caro factum, habetque secum; quid extra sacrarium? Invenire foris, ut gaudeat Virgo maiestate matris: igitur sine delicijs oculorum, quasi non haberet Filium. Frui fatagit Filio, quod nequit fieri sine Filij conspectu: igitur cum videre sit potiri; quousque dilectus obijciatur oculis, desiderat gaudium matris:

Venant.

Cur Virgo avidè sociat parit?

habet enim possessionis beatitudinem, sed optat videre faciem.

15 *Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient:* dicit divina Sapientia. Gregorius Magnus testimonium intelligit de Eucharistia, Hom. 36. in *Evangel.* igitur ibi panis intellectus & aqua sapientia. Antilogia insignis occurrit, equidem Asertor N. de mysterio tanti Sacramenti differens, subdit: *Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquam.* Peripiqua contradictio verborum, atque pugna auctoritatum. Quomodo satiatus esuriet? Quo pacto siti extincta sitim habebit? Si sacramentum habet omnis saporis suavitatem, quamnam quæret esuriens delectationem? Si extinguitur omnino sitis, & fames; de quo fames? de quo sitis? Si plus non est, quo potiarer cor, ubi plus? Si totum gaudium feliciter possidet, quid aver? Frui. Habet per gratiam, non per gloriam. In gloria, quem habet, videt, & minimè optat: per gratiam habet, quem videre desiderat: & in sacramento satietati addit anima famem, addit & sitim; quippe minimè quiescet, quousque videat facie ad faciem. Christi testimonium est de gloria per Eucharistiam: Siraicides si gnat solummodo gratiam: in gratia intervenit desiderium, in gloria videt amatum: unde extincta siti, satiata fame, & oculis sine lumine, semper sitit, semper esurit, semper optat & optat; quousque plenissimè videat. Sitis amoris, & amoris matris urgebat Virginis sitim, ut Filium videret natum. Sacra verè fames promebat in famem, ut desiderium converteretur in gaudium. *Quis mihi det te?* Quid optat, quam Deitas abundantissimè satiat? Quid cupit? Sitis adhuc, adhuc esurit. Quid? Plus, ut à corde eliminetur spes. Expectat non expectare, sed furtivi: nullaque amoris materni functio sine oculorum aspectu. Satiatur mater, si apparuerit gloria: dilecto absente, famelica & sitibunda; equidem gloria matris & plenissimum gaudium, quem habet, ut habetur, videre Filium. Retorqueatur Virgilius 11.

Ecclesi. 2. 4. 2

Ioan. 6. 35

Quid in Eua charistia desideratur, si Christi habitus?

Gloria Virginis Filius coram oculis.

Virgili